



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Formvlae Qvaedam Cavte Et Citra Scandalum loquendi de
præcipuis Christianæ doctrinæ locis**

Rhegius, Urbanus

Bonnae, 1544

VD16 R 1801

16 leiunium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35397

Sacramentorum utimur, reiiciantur,
sed retineantur propter decorum in li-
bertate Christiana.

Similiter Festa non sunt statim ab-
roganda, ut populus assuefcat certis sal-
tem diebus audire uerbū Dei, & sacris
interesse, eorumq; participatione exer-
ccatur ad pietatem.

Q V O M O D O C A V T E de Ieiunio loquendum.

DVplex est Ieiunium, quotidianū
& speciale. Quotidianū est, quo-
tidiana Christianorum sobrietas & tē-
perantia. Semper enim à crapula & e-
brietate cauere debent, iuxta admoni-
tionem Christi, Lucæ XXI. ut semper
integris sensibus queant glorificare no-
men Domini. Ad hoc passim urget Scri-
ptura, Ephes. v. Ne inebriemini uino
in quo luxus est, sed impleamini Spiri-
tu, los-

tu, loquentes uobisipsis per Psalmos &
hymnos, & cantiones spirituales, canē
tes & psallentes in corde uestro, Deo
gratias agentes semper de omnibus, in
nomine Domini, Roma. XIII. Abiicia
mus opera tenebrarū, & induamur ar-
ma lucis, tanq̄ in die compositè ambu-
lemus, non in comedationibus & e-
brietatibus. Et carnis curam ne agatis
ad concupiscentias. I. Thessal. V. Nos
qui sumus filii Dei, sobrii simus. Tit. I.
Apparuit gratia Dei salutifera omni-
bus hominibus, erudiens nos, ut sobriè
uiuamus, &c.

Sed speciale Ieiunium est, quando
uel tempore magnæ calamitatis, uel o-
rationis gratia, homo ieiunium u-
niusdici aut plurium sibi prescribit, aut
Episcopus uel Magistratus ieiuniū in-
dicit, sicut fecit Iehosaphat Rex Iuda,
II. Para. XX. Et Apostolus, I. Cor. VII:
coniugis

coniugibus tale iejunium præscribit, di-
cens : Ne fraudetis uos inuicem , nisi si
quid ex consensu pro tempore, ut uacc-
tis iejunio & precationi . Et nos existi-
mamus, Ieiunium quadragesimale hac
de causa, tamen in libertate Christiana
olim esse seruatum in Ecclesia primiti-
ua, ut populus iejunio prepararetur ad
ardentius & attentius orandum , ac gra-
tias agendū in cœna Domini, pro pre-
riosissima morte Christi, qua ab omni-
bus malis in æternum redēpti sumus,
& pro uictoriosissima eius resurrectio-
ne, unde nostra iustificatio & resurre-
ctio proueniunt.

Certè Sanctus Ignatius, Ioannis E-
vangelistæ discipulus in Asia, Martyr
Christi, in Epistola ad Philippenses sic
ait : Nolite Quadragesimam pro nihi-
lo habere, imitationem enim continet
conuersationis Dei. Verum non one-
rauit

rauit uir sanctus conscientias his one-
ribus , quibus nos hactenus molesta-
runt, qui præceperunt hoc ieuniū sub
peccato mortali, carnes, oua, butyrum,
prohibuerūt , quarum rerum nulla est
mentio apud Ignatium.

Diuus etiam Hieronymus contra
Montanum hæreticum ait : Nos Qua-
dragesimam secundum traditionem
Apostolorum toto anno ieunamus.
Et huius Ieiunii sæpe meminit Diuus
Ambrosius.

Vel breuius sic.

Welcher ein Christ ist, der wird ge-
wislich vō Geist Gottes bewegt, nüch-
tern vnd messiglich zu leben alle tag/
damit das mutwillige fleisch dem geist
nicht überpoltere. Auch wenn er etwas
ernstlichs von Got bitten wil, oder sich
zu einer ernstlichen dankſagung inns
Herrn Nachtmal schickē wil, so wird er
auch zuvor durch anregung des Geists
Christi fasten, oder messiglich vñ nüch-
teren

teren leben. Wo ers nicht thüt, so ist er
noch gar fleischlich vnd ein titel Christ.
Die erste frome Christēheit vor tausent
jarē hielte die vierzig fasttage, ein jder
nach seiner gelegenheit. Was sind wir
für Christen, das wir im jar nicht ein o-
der zwey mal wöllen fasten, wenn wir
zū Gottes tisch gehen sollen. Doch dis
alles von der besondern fasten sol eine
lere vñ vermanig sein, nicht ein gebot,
das man der cōscientiē keine strick lege.

QVOMODO DE ORA tione caute loquendum.

QVi uere orare uoluerit, in Spiritu
& ueritate oret, non tantum uer-
ba labiis multiplicet. Intente & ex fide
facta oratio exauditur, Nam Deus prę-
cepit orare, Lucæ X VIII. & promisit
exauditionem, Matth. VII. Certi igi-
tur aliquid pete à Patre cœlesti per Chri-
stum, siue sit spirituale, siue corporale,
Sed ante omnia pete ueram & constan-
tem